

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Ultimum Pietatis Officium Fratri Conjunctissimo Heroni  
Anthonio Ibbekenio Die XXVIII Octobris MDCCXLVIII.  
Placide Demortuo Præstitum A**

**Brinkmann, Georg Nicolaus**

**Oldenburgi, MDCCXLVIII**

[urn:nbn:de:gbv:45:1-804851](#)

SISTE MUNDI AVANTIA  
HERONIS ANTHONI IBBEKENI  
ULTIMUM PIETATIS OFFICIO  
FRATRI CONJUNCTISSIMO  
HERONI ANTHONIO  
IBBEKENIO  
DIE XXVIII. OCTOBris MDCCXLVIII.  
PLACIDE DEMORTUO  
PRÆSTITUM  
A  
G. N. B. P. W.

OLDENBURGI,  
TYPIS B. JOH. CONR. GÖTJEN, REGIS DAN. PRIV. TYPOGR.  
HÆRED.



# SISTE GRADUM VIATOR!

& flores sparge  
in tumulum ejus, qui immaturo fato jam defloruit.  
Hic nempe reposita est pars ignobilior  
**HERONIS ANTONII IBBEKENII,**  
facrosancti ministerii Candidati dignissimi,  
qui primum, in pinguibus Budjadiæ paluis,  
e thalamo

viri summe reverendi

## RUDOLPHI IRREKENII

potentissimi Danorum Regis in sacra  
in comitatibus Oldenburgerum  
& matronæ, omni

## ANNAE MAG

e similis  
Stollhammi  
germina

rore flamin  
ad præclara quævis,  
form

Unde virtu

po  
e quo, v

probata  
germanus  
officiola e

officiens

& felic

cum eum, juvenem Osterb

Gratus fuit dei  
ubi præter sapientiae & ling

studium indefessum, in verun

animi

Ut de manifestata in eloquii

de utili divina re

pu

ver

de falso j

In celeberrima

eru


j

admirati sunt omnes, quoq

Fructus deinde ap  
omni lilio,

si

omnis ignar  
que non extitit



Farbkarte #13

B.I.G.



## SISTE GRADUM VIATOR!

& flores sparge

in tumulum ejus, qui immaturo fato jam defloruit.

Hic nempe reposita est pars ignobilior

**HERONIS ANTONII IBBEKENII,**

facrosancti ministerii Candidati dignissimi,

qui primum, in pinguis Budjadiæ palcuis,

e thalamo

viri summe reverendi

**RUDOLPHI IBBEKENII**

potentissimi Danorum Regis in sanctiore senatu Consiliarii, & rerum sacrarum  
in comitatibus Oldenburgenſi & Delmenhorſano summi Antiftit

& matronæ, omni virtutum genere prætantissimæ

**ANNÆ MAGDALENE RICHERTIAE**

e simili prosapia oriundæ

Stollhamini die 18. Sept. MDCCXIX.

germinare & efflorescere cœpit.

Flos

rōre flaminis conspersus ac renatus,

ad præclara quævis, non minus velociter quam feliciter  
formatus est ac firmatus.

Unde virtutum omnium vere tutum

**PIETATEM**

posuit fundamentum;

e quo, veluti fonte, reliqui rivi,

animi probitas,

probata parentibus obedientia,

germanus erga germanos affectus,

officiola erga cunctos humanitas,

officiens nemini morum integritas,

& reliquæ dites ingenii dotes,

cum eum, juvenem Osterburgum & Oldenburgum in sinu soverent suo,  
profluxerunt.

Gratus fuit deinde vigor ejus sub tiliis Misnicis,

ubi præter sapientiæ & linguarum cum orientalium tum occidentalium  
studium indefessum, in verum de Deo sensum & ingenuum Dei cultum omnes

animi vires gnaviter intendit

Ut de manifestata in eloquiis divinis veritate se aliosque redderet certiores  
de utili divina revelationis demonstratione cogitata

publicæ luci exposuit;

verum autem Dei cultum,

de fallo fluminum cultu differendo,

stabilire annis est.

In celeberrima postmodum Fridericiana degentis

ingenii lumen

eruditionis apparatum,

judicandi acumen,

prudentiæ vim,

admirati sunt omnes, quotquot in congressu vitæque consuetudine illum  
viderunt.

Fructus deinde apud nos in patria tulit uberimos, flos

omni lilio, si mentem spectes, candidior,

si famam, fragrantior;

noxiis carens aculeis,

omnis ignarus contentionis, nisi honestæ,

quæ non extinguit auget potius amores & alit.



Sed, eheu!

inter labores sacros indefessos, lenta tabes eum corripit,  
&, dum ascensionem optimi sui Servatoris in ccelos meditatur,  
ipse in ccelum scandere incipit,  
imo in ipso ascensionis Dominice festo, e suggestu publico descendens  
lectum ascendit

qui ejus scala ad ccelum est.

E Candidato igitur Ministerii fit candidatus cceli,  
quod jam, vestibus, candi Servatoris rubore candefactis,  
tanquam candidissimum liliū ingreditur.

Hominibus charus, sed charior Deo,  
qui post diuturni morbi æstum, non mori eum jubet, sed suaviter obdormientem  
in illa imperturbata pacis loca introdacet, ubi  
nec morbis ad corpus, nec vitiis ad animum datur aditus,  
ubi vita sine mortis metu  
gaudium sine mœroris mixtura est.

Vere enim transfert in campos Elysios,  
in tabernacula fiducia & in requiem opulentam  
florem hunc nunquam moritum,

ubi secura & nullis pervia ventis & frigoribus regna gaudens obtinet  
& illibato odore vincit.

Bibit enim ibidem,  
non e fonte Heronianæ,  
cui infusa aqua vinum vi expellit,  
sed purissimo fonte vite  
ubi vinum lætitiae in æternum gustatur, nec unquam aquis  
intermiseretur amaris,

noster HERO.

Floret  
ut ardos apapætror  
cui omnis rosarum cedit purpura,  
in eius conspectu omnis se abludit lilio rora  
non mortuus, sed immortalis factus,  
immarcescibilis fidei, patientiae & constantiae fructus, uberiore  
meteris fœnote,  
in paradiſo altissimi,  
noster ANTHONIUS.

Vincit,

& licet corpus abeat in pulverem  
variis luctis tamen pulverulentis exantatis,  
ut vîctor super pulverem surget  
noster IBBEKENIUS.

Dolere igitur desine  
REVERENDE PATER,

floris enim hujus clades,  
non vita crux sed fidei lux,  
non felicitatis Tuæ nocumentum, sed autoritatis, apud gregem Tibi  
concreditum, firmamentum est,  
ut verborum concione laudabiliter functus,  
nunc singulari patientiae concioneris exemplo  
quoties pro suggestu repeteret solitus es:

Omnia in bonum cedere Deum pure venerantibus.



Cohibete luctum  
**Lectissima Mater, Frater, Sorores coeterique propinquū.**

quia dilectus vester non periit.  
sed eam, quam necessitas imponit cunctis, antevertit diem.

Credimus enim omnes,  
revicturum esse hunc florem,  
ad immortalem beatitudinem & beatam immortalitatem,  
qui fide Servatoris innixus,  
non tam exspiravit, quam placidissime respiravit.

Hæc si ex animo crediderimus  
tantum abest ut doleamus,  
ut non possimus non gratulari illi,  
quem ad communia vota præmisimus.

Vere enim rem æstimantibus,  
non mortuus est, sed mori nunc demum desit.

Tu vero  
**anima beatissima!**

ave, gaudie, vale;  
jam cœlum possides,  
ab omnibus ærumnis vitæque miferiis abducta,  
præmia capis larga,  
gaudia tenes pura  
jubila dicis divina,  
dum nos artes ævi nostri dolosæ defatigant & in pessima  
quaæque servant:  
adserit tempus  
quo animam nostram beatissimis gaudiis læta es exceptura.

Tu autem  
**L E C T O R**

quoties juvenem in optimo flore juventæ decadere vides,  
divini vatis effatum animo volve:

**Hominis dies sunt sicut herba, sicut flos agri sic floret. Quoniam  
ventus transit in illum & non est, nec ejus locus cum  
ultra agnoscit.**



**Quinis ai pountu cedele Domini bunt acerbus in papa**